



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatus Et Episcoporum
Basileensium Origo Ac Series**

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

26. Bruno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

retentum Burgundiæ regnum, quod ^{Anno Christi}
ea ætate, præter superiorem Burgun-
diam, Sundgoiam quoq; & totum
Basileensem Episcopatum ad Rhenū
usque & fluvium Eschibach conti-
nebat. Trans Iuram insuper Nui-
thoniam, usque ad flumen Vrsam,
Vallesiam, & magnam Sabaudia
partem. His terris firmato Conra-
dus Imperio, Episcopo Basileensi, ar-
genti-fodinas in Brisgoia dono con-
cessit. Anno 1028. de obitu Vdalrici ^{1028.}
nihil apud Scriptores notatum re-
perio.

B R V N O

^{1030.}

Basileensis Episcopus.

XXVI.

BRunonem Vdalrico subiicimus
veterem M.S. codicem, & Stum-
pfium secuti, imperante tum Conra-
do; post quem, cum Henricus filius,

K 4

anno

Anno
Christi
1030.

anno primùm 1039. Imperij habenas
susceperit, præponendus Theoderi-
co videatur Bruno, licet ab Vrstifio
eidem postpositus. Brunonem in
anteriori Ecclesiæ crypta sepultum
constat; de die mortis & anno mi-
nimè liquet, nisi quòd anno 1041.
successorem ipsius Theodoricum
jam Basileensium Antistitem claru-
isse extra dubium & controversiam
sit. Memoriam illius facit Necro-
logium Basileense 27. Maij.

804 I.

THEODORICVS II.

Basileensis Episcopus.

XXVII.

Theodorico Comitatum Pro-
vincialem in Sifgovia unà cum
annexis Iuribus transcripsit Henri-
cus Tertius anno 1041. Complecti-
tur ea ditio dynastias minores
Farnspergam, Honbergam, Liech-
stadium.